

F R A N C I S C I
Z O A N N E T I

B O N O N I E N S I S

I V . V T . D O C T O R I S ,

E Q U I T I S Q V E A V R A T I , A G A R D U S

Sacratissimi Imperatoris Ferdinandi primi &c. Consilia-
rū, & in Celeberrimo Ingolstadiensi Gymnasio or-
dinarii legum professoris primarii.

T R A C T A T V S D E F E N S I O N I S

Tripartite. ad l. ut viii. ff. de iust. & iur.

N E C N O N T R A C T A T V S D E

M o r i b u s M a i o r u m e s longa consuetudine, ad

l. More M a i o r u m , c u m l. sequenti.

ff. de iurisdictio. omni. iudice.

Q V A E I N P R I M O O P E R E

continens, versa pagina summatim indicat.

A Q V A N O N S I T I E T

Q V I B I B E R I T E X H A C



I N A E T E R N U M .



V E N E T I I S Apud Andream Arriusbenum. 1564.

1661. 2

2
P A R T E P R I M A
DEFENSIONIS HAECA
CONTINENTVR.

Defensio proprij corporis aduersus priuatos.

Defensio rerum.

Honoris proprij tuitio ab iniuria uerbali.

Vbi & quando uita aliorum tam sanguine coniumentorum, quam extraneorum sit nobis tuenda.

Parte defensionis secunda.

Defensio quatenus sit permissa: & quatenus inculpata tutela uim, nomenq; suum retineat.

Quoniam pacto probanda sit iudici legitima defensio.

Iniuria personalis, que mortem non includat, quomodo propulsanda.

Excessus moderatae tutelae quis & qualis sit.

Parte defensionis tertia.

Defensio contra Magistratum, qualis Magistratus erga subditos, & subditi erga Magistratum esse debeant.

Magistratui quid contra legem Dei præcipienti, an & quando sit parendum.

Auctoritas Conciliorum quanta sit contra obortas heresies, nouè traditur.

Tyrannus quis: & Rex seu Princeps quis: & an Tyrannus, defensionis ergo, possit iuste interimi.



ILLVSTRISSIMO
CLEMENTISSIMO, ET
CATHOLICO PRINCIPI,
Ac Domino Domino Alberto Comiti Pala-
tino Rheni, superioris, & inferioris
Bauariae Duci &c.

DOMINO ET PRINCIPI SVO
longè benignissimo atq; colendiissimo,

FRANCISCVS ZOAN-
necus Iureconsulcus. S. D.



A X I M A M semper veteres ,
optimè Princeps , uitutis
partē in illo positam esse di-
xerunt : qui de alijs bene-
mereri sedulò studeret . Si
enim propter naturalem
quandam inter homines cognationē nefas
esse dicitur , hominem homini incommo-
dum afferre : uicissim utiq; unum alteri in re-
bus honestis officium præstare , æquissimū
est censendum . Singuli porrò homines cum
pluribus vndiq; cognationis naturæ circu-


TRACTATVS DEFEN-
SIONIS TRIPARTITAE AD
L.Vt vim. ff. De iustitia & iure. Fran-
cisco Zoanneto auctore.

Defensionis pars prima.

- 1 Materiam. ut uim. ff. de iust. & iur. utilissimā esse, quæ & auditorum animos, iucundè ac suauiter demulceat.
- 2 Verba illa in textu, uim atque iniuriam, separam accipienda.
- 3 Defendere corpus suum quisque tenetur, ex præordinata charitate: Alioquin peccaretur ab eo, ac si uim sibi ipsi intulisset.
- 4 Iniuriam quis sibi ipso an inferre possit deciditur quod sic. nu. 5. 6. 7.
- 5 Corpus suum quis uulnerans, aut uulnerare ad nitens, ciuili etiam lege est puniendus.
- 6 Iniuriam uerbalem, non fieri uolenti & consen tienti, sed realem.
- 7 Consensus et uoluntas hominis cōtra ius publicū adhibitus, inanis est, nihilq; prorsus operatur.
- 8 Membrorum suorum neminem esse dominum.
- 9 Defendantि proprium corpus, licet impunē occidere aggressorem inimicum, etiam clericum, aut sanctæ Rom. ecclesię Cardinalem.
- 10 Defensionem armatam esse Monacho permissa, contra Abbatem iniquum percussorem.
- 11 Saera facienti, licet aggressorem suū citra etiā irregu



FLORENTINVS
LIBRO PRIMO
INSTITUTIONVM.



*Sub titulo ff. de iustitia & iure.
Lex tertia.*



TUIM atque iniuriā propulsemus. Nā iure hoc euenit , vt quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit , iure fecisse existimetur, & cum inter nos cognationem quandā natura constituerit: consequens est, hominem homini insidiari nefas esse.



ESTATVR M. T. Cicero, nulla re propius ad Deum homines accedere, quàm salutem hominibus dando: consequens nimirum videtur, eum improba mente agi. qui cum homo creatus sit, alterius hominis vitę studet insidiari, ob id, & rursus idem alibi ait: nihil esse àquitati tam contrarium atque infestum, quàm cōuocatos armatosque homines

homines: nihil iuritam inimicū, quam vim ipsam.
 Merito operæ premium facere Romana lex putauit,
 si lacescitis & periclitantibus attulisset tutelam, si tu-
 telæ modum aduersus iniurias (quoad eius fieri pos-
 set) sanctissime prescripsisset. Quæ tantò etiam fir-
 mius ac solidius planè humano generi cōstant, quā-
 tò euidentius & naturæ decreto, & gentium iure, ea-
 detni penè singula vehementer sunt comprobata.
 Dicendum itaque nunc nobis erit de sacrosancta illa
 Philosophia, quæ in defendendo homine creaturarū
 nobilissima creatura, defendisque rebus cuiusque
 proprijs, oīs versatur. Quare nos de re grauiissi-
 ma atque adeò utilissima, quæ omnium animos sua
 ui iucunditate demulcere solet, in presentia dicturi,
 explicationem verborum legis nobis propositæ ag-
 gredimur.

2. † In primis illis Iure consulti verbis, vim atque
 iniuriam &c. intelligunt Angelus & Decius istud
 esse dictum copulatiuē, de vi cui omni non absit in-
 iuria. Namque vis à magistratu citra iniurianū si in-
 feratur, non est, inquit illi, propulsanda. Sed illorū
 explicatio parū mihi videtur probabilis: quoniam
 nobis quoque ius est, vim alias propellere, tametsi
 absque iniuria irrogetur, ut inferius cum Bart. dice-
 mus, Quare separatim etiam eadem verba non in-
 congrui poterunt accipi.

Colligatur hinc primò, quod a quoquam ob tute-
 lam sui corporis contra imminens periculum fit, iu-
 re id fieri: quoniam hominem homini infidari, ne-
 fas est. Proinde homini contra hominis infidias, me-
 ritor defensio licita.

3. † Ad quam defensionem nostri corporis iustam,
 ex præordinata charitate etiam tenemur, argu. I. præ-

FRANCISCI
ZOANNETTI

BONONIENSIS

IV. VT. DOCTORIS,

EQUITISQUE AVRATI, SERENIS.

& optimi Imperat. Ferdinandi &c. Consiliarij, ac
in celeberrimo Ingolstadiensi Gimnasio ordi-
narij legum Professoris Primarij.

DE MORIBVS MAIORVM

& longa consuetudine Ad. l. More Maiorum. cum
l. sequenti. ff. de Iurisd. om. iud.

INDICEM CAPITVM QVORUNDAM,

que hoc in opere continentur, sequens
pagina indicat.

AQVANONSITET



QUI BIBERIT EX HAC
IN AETERNUM

VENETIIS

Apud Andream Arriuabenum. M D LXIII.

INDEX CAPITVM

Q V O R V N D A M Q V AE
hoc in opere continentur.

- 1  *Ores maiorum quid sint, & quantum à consuetudine distent. folio. ij. in. §. sciendum quippe.*
- 2 *Moribus maiorum maioribusque ipsis quantum honoris ac reue rectiæ tribuendum. fol. iij. §. Ne que mirum. Et à maiorū moribus recedere, periculi plenum esse. fol. v. §. Ex his ergo.*
- 3 *Consuetudines maiorum in ecclesia receptas, omnino retinendas: & Catholicā ecclesiā cōsuetudine quoque constare. fol. viij. §. Quamobrē hinc optima.*
- 4 *Cæsaris esse munus, ne quid cōtra lōgā maiorū consuetudinē fiat, curare. fol. ix. §. Quæret tū fortè.*
- 5 *Ad consuetudinē introducēdā necessaria: & impensis a quibus personis gigni possit, & quanto tempore, consuetudo. fol. ix. §. Quia in re.*
- 6 *Consuetudinem gigni an & quādo error prohibeat. fol. xxvij. §. Et est sciendum.*
- 7 *Consuetudo quæ nam rationabilis, que item irrationalis sit censenda. folio. xxix. §. Variæ de hoc. et fol. lvij. §. Ego equidem.*
- 8 *Cōsuetudo, q̄ sit turi diuino, vel naturali, aut gētiū cōtraria, an et qñ ualere possit. f. 34. §. Verū enim heret.*
- 9 *Consuetudinē cōtra diuina præcepta mysticæ sacramētalia figurata, impiā, hereticā, ipsoq; iure inuidā existimādā, fol. xxxvij. §. Vel consuetudo est-*

10 Cōsuetudinē illā tā iure canonico quām ciuili imanē
dijudicādā, qua cōceditur alicui se dignitate siue ma-
gistratu absq; superioris licētia abdicare. Et quid de
Cæsare abdicāte sese absq; Sūmi Pontificis assensu
in electorum manibus Imperio . fol. xliv. §. Indē
nimirūm. & in. §. Verūm ijsdem. fol. xlviij.

11 Cōsuetudine ordinariā Iurisdiictionē nō habēti tam
masculo quām fæminæ tribui. fol. xlvi. §. Consuetu-
do quippe. fol. lxxij. §. Glossa. in ver. nec ipsa lex.

12 Imperator an beneficio populi Romani aut potius
iure suo iurisdictionē uniuerso in orbe habeat. f. lxiij.
§. ex glo. §. Dicebat dominus Vdalricus Zafius. &
fol. lxviii. §. ex his proinde. Quo tādem loco impro-
bata Bart. & Doctorū opinione, ac noua Zafii dāna
ta interpretatione, quid sit planè tenēdū ab auctore
statuitur: simulque de magistratibus ordinariis à
Summo Principe creatis eadem traduntur.

13 Expilationē librorū Iurisprudētiae à Iustiniano Cesa-
refactā, cām esse, quomodo locos plurimos diffici-
les, legū interpres asse qui potuerint. f. lxv. §. Qui p
pē arbitror. & f. lxx. §. Enim uero qui iurisdictionē.

14 Sententiā ac propemodū tenorē legis Regie, quae se-
natus populusq; Roma: suū imperium & potestatē
uni cōcessit (tametsi ea in iurisprudētiae libris nusquam
extet) ab auctore multis & efficacibus argumentis
ostendi. fol. lxvi. §. Inserita legi Regia.

15 Confirmans actum an & quando uideatur illum ex
integro facere. fo. lxxvij. §. In secunda parte.



MAGNIFICO, NOBILI,
ET DOCTISSIMO VIRO,

Dominio Wolffgando Hallero, Sacratiss.

Impera. Ferdinandi Primi &c.

CONSILIA RIO, ATQUE

Sacri Rom. Imperii Secretario, amico
& domino amicissimo

FRANCISCVS ZOANNETTVS. S. P. D.



V P E R I O R I S V S diebus quam
ad Cæsarem Principis mei Baua-
ri iussu, Clarissime Hallere secū-
do Dannubij flumine nauigaf-
sem, duo mihi in Austria (vt alia
plurima interim Regionis insi-
gnia taceam (& cognitu digna & exemplo me-
morabilia visa sunt: Vienna nem. pè primaria il-
lius ditionis vrbs, Senatusque Cæsareus gemi-
nus. optatam equidem ciuitatis politiā, & ma-
gnam in ea hominum frequentiam simulq; re-
rum copiam vehementer probauit. Ceterum pu-
blicam Magnificentiam, Templorū cum maie-
state antiquitatem, munitionum vrbis singula-
ri cum arte fortitudinem multo magis mira-
tus. Quibus nihilominus excellentiorem plane-

ac

ac immortali gloria prædicandum Cæsar is ip-
sius in serijs rebus peragendis ordinem prorsus
iudicauit. Nam & si quæ paratur urbi illi muni-
tio aduersus magnos Solimani Turcicæ gentis
Regis conatus, mœnijs, vallis, aggeribus, fossis,
cuniculis, & bellicis tormentis, ingens in tota,
penè dixerim Europa, & hostibus terrori futu-
ra sit moles: attamen hiscè omnibus archanum,
nec non & inferiorē alterū, quē aulicum vocāt,
optimi Imperatoris nostri Ferdinandi Senatū
quibus nihil (hæc ad incomparabilem Cæsar is
nunquam profectò satis laudati gloriam, prudē-
tiam, atque pietatem vnicè pertinent) in vita
civili) mea quidem sententia) aut præstantius
aut Reipublicæ conducibilius esse potest, lon-
gissimis præfero spacijs. Sublimis hic & Angu-
stissimus: quem Clementissimus, inuitissimus
quæ Cæsar pater, & sapientissimus Rex filius,
nullo, nullo propemodum, intermisso die, pro-
vfu & necessitatibus Reipublicæ, sua ilustrant
præsentia. Inferior ille, & in iure reddendo su-
biectis Imperio populis, virorumque spectabi-
lium numero frequentior. Sublimem istum (vt
illos duntaxat commemorem, quorum virtus
mihi familiarius cognita est) ingrediuntur per
pauci: at verò inter hos, summos quidem maxi-
mosq;英雄as, viri sunt duo pietate graues, elo-
quentia & eruditione illustres, sapientia & re-
rum bene gerendarum exercitatione vniuerso

in

R E G I S T R V M.

† A B C D E F

Omnis sunt quaterniones præter
F duernionem,

V E N E T I I S

Apud Andream Ariuabenum .
M D LXIIII.